Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



cū nos te ad auxiliū inuocam⁹. cuī audito nomine ser-
pens conquiescit. draco fugit. silet uipa. & rubeta il-
la que dr̄ rana inquieta. torpescit. scorpius ex tin-
guitur. regulus uincit. & phalangius nichil noxium ope-
rat. & omīa uenenata & adhuc ferociora repentia. & ani-
malia noxia tenebrant. & omnes aduerse salutis hu-
mane radices arescunt. tu extingue hoc uenenosum
uirus. extingue opationes eī mortiferas. & uires quas
in se habet euacua. & da in conspectu tuo omnib; his-
quos tu creasti oculos ut uideant. aures ut audiant.
& cor ut magnitudinem tuam intelligant, Et cū hec
dixisset. os suū. & totū semetipsum armauit signo cru-
cis. & bibit totum qd erat in calice. & postea quā bibit di-
xit, Peto ut ꝓpter quos bibi. conuertant ad te dn̄e. & sa-
lutem quā apud te est. te inluminante mereant, Ad-
tendente aut̄ ꝓplo iohannem. ꝑ tres horas uultū habere
hilarem. & nulla penitus signa palloris aut trepidationis
habentem. clamare ceperunt. Unus ds uerus ē. quē colit
iohannes. Aristodim⁹ aut̄. nec sic credebat. s; ꝓpls obiurgabat
eum, Ille aut̄ conuersus ad iohannem. dixit, In ē m̄ ad-
huc dubietas, S; si istos qui hoc ueneno mortui sunt. in no-
mine dei tui excitaueris. emundabit̄ ab omni dubietate
mens mea, Populi aut̄ insurgebant in aristodimū. dicen-
tes; Incendem⁹ te & domū tuam. si ausus fueris ultra aplm
dei. in tuo sermone fatigare; Uidens aut̄ iohannes acerri-
me seditionem fieri. petiit silentium. & omnib; audien-
tib;. ait, Prima ē. que de uirtutib; diuinis imitari debe-
m⁹. pacientia. ꝑ quā ferre possum⁹ incredulorū insipien-
tiam, Unde si adhuc aristodim⁹. ab infidelitate tenetur.
soluamus nodos infidelitatis eī. & licet tarde. faciam⁹ eum
agnoscere creatorem suum, Non enim cessabo ab hoc ope.
quo medela citius possit eī uulnerib; ꝓuenire, Et sicut
medici. habentes inter man⁹ egrū. medela indigentem.